

1611

C O D I C E S

1612

Ut ad praestantissimum Kempensis Exemplum redeam, scriptum est, non in charta vaga, quae deperdi possit, ut visum Raym. Duellio citato in Debillioni memorati Disputatione prævia p. 36. sed ad Codicis calcem fol. 194. Ce liure est a monsieur de moulenbaix Baud. de lannoy. Balduinum hunc Lannoijum II. puto Balduini I. dicti Balbi (*le Begue*) filium, qui jam a. 1481. inter aurei Velleris Equites cooptatus est teste J. Jac. Chiffletio in *Insignib. Gentilit. Equit. &c.* Antwerp. 1632. p. 54. 4. Fieri igitur potest, ut Codex noster vivo etiamnum Thoma, qui annum 1471. ultimum habuit, aut non diu post ejus fata scriberetur. Mansit ille in *Lannoijorum Domo*; video enim in fol. prævio notatum: Ce Liure est de francoise de barbançon Dame Douagiere (Douairiere, angl. Dowager) de molembaix. Francisca haec Barbansonia uxor fuit Philippi Lannoji Balduino supradicto progeniti, mortua a. 1555. quae quidem etiam filium Balduini nomine habuit, cuius tamen aetati character Codicis manifeste repugnat.

DCLXXXV.

U. 740 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 270. f. per duas columnas non tamen una manu exaratus et rubricis distinctus inscribitur I. Excerpta de Valerio (Max.) ad theologiam applicanda. Commentaria igitur habemus in ejus Libros IX. Ditorum Factorum-

que Memorabilium, sed limitata ad illud tantummodo, quod Religioni Christianae accommodari potest, id, quod Moralizare dicebant boni Majores nostri. Initium est: *Urbis Rome exterarumque gencium facta simul ac dicta memoratu digna &c.* Sciendum quod hic ponentur notabiliora de valerio maximo &c. Expositio vero ipsa sic inchoat: *Majores statas &c.* In hoc primo Capitulo libri primi Sciendum quod totus liber *Valerij* habet 9. libros parciales &c. Si modicum in legendo progredivaris, observas Excerptorem nostrum usum fuisse Declaratione Valerii Max. conscripta a Dionysio de Burgo s. Sepulcri Ord. Erem. S. Aug. exeunte Sec. X. IV. quam typis excusam *Fabricius* et *Ossingerus* ignorarunt, Exemplar autem char. lat. eleganti s. l. et a. f. mihi objacens loquitur. Adjectit tamen noster ad calcem *Valerii* eadem ratione moralizatam *Vitam Alexandri*, *Historiam Trojanam*, Narrationem de capta a. 1095. ingenio *Boamundi Antiochiae*, et alteram de *Passagio Friderici I. Imp. in Palaestinam*, ejusque submersione, quam ita concludit: *Nota quod domini non debent singularizare, quia ille imperator noluit ire per viam quam ibat exercitus sed per compendium huius vadi igitur fuit submersus.* Omnia fabellis intricata.

II. fol. 89. Incipit Prologus Pauli Orosij presbiteri ad Augustinum Episcopum. Videlicet in Libros VII. Historiarum, quos Vir hic Hispanus, Augustino et Hieronymo

mo

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3149

1613

A S C E T I C I.

1614

mo amicus a. 417. eo fine absolvit, ut Gentiles confutaret turbaram et calamitatum publicarum caussas in religionem christianam conjicentes. Initum Prologi: *Praeceptis tuis pijs parui beatissime pater Augustine &c.* Prologus hic procurrat usque ad verba: *similes miseras pertulisse*; ita, ut Opus ipsum inchoet: *Didurus igitur ab orbe condito &c.* Alii Codices et Impressi aliter dividunt, ut videre est in Edit. Sigeb. *Havercampi Lugd. Bat. 1738.* 4. quacum contuli Exemplar nostrum, integrumque reperi et emendatae lectionis, si paucula quaedam excipias, ut in Prologo *praeceptis tuis pii* pro *praeceperas pro praeciperet*, et libris — *bistoriarum atque annalium fastis pro bistoriarum atque annalium fastis &c.* quae *Havercampus* non notavit. Praeterea, quae Geographica praemisit *Orosij*, Codex noster tanquam *Περιηγησιν* respicit, et quamvis inscribantur: *Incipit liber Pauli Orosij*, tamen, ubi ad Historica devenitur, nova Rubrica ait: *Incipit textus bistoriarum Pauli Orosij presbiteri ad Augustinum Episcopum contra accusationes temporum christianorum.* Ad calcem L. I. adscriptus est idem Computus, quem p. 84. in nota adulit *Havercampus*, sed pro 4487. noster scripsit 4497. pro 5099. etiam 5199. Capita Librorum minio quidem distincta sunt, non tamen numerata. De antiquis *Orosii* Impressionibus egit Editor cit. in *Denis Codd. Theol. V. II. P. II.*

Praef. ubi primatum *Augustanae* per Job. Schüssler 1471. f. dubium reddere non debuisset. *III. fol. 187.* et deinceps Stephani Carthusiae Dolanensis, dein Olomucium translatae Prioris Medulla Tritici sive Antimikleff, quod Opus primum in Continente contra *Wiclefi* errores scriptum e Codice dictae Carthusiae erutum vulgavit Bern. Pezius Thes. Anecdot. T. IV. P. 2. col. 149. ad cuius Dissertationem *Isagog.* p. 11. etiam de Autore remitto. Memorat ibi Pezius plura, quae ad *Wiclefi* caussam in eodem Codice extabant. Extant etiam in Nostro praesente, et quidem praevie ad *Antiwiclefum*, unde illa referre mearum quoque partium est. Igitur 1) habetur Instrumentum Notarii autoritate munitum, quo XLV. Job. *Wiclefi* Articuli ex ejus Libris extracti, atque a Capitulo Ecclesiae Pragensi per Job. Kbell Officialem et Wenceslaum Canonicum et Archidiac. Bechin. Corpori Academico praesentati ab eodem condemnantur. Init: *In nomine domini. Amen. Anno natuitatis eiusdem millesimo Quadragesimo Indictione XI. die lune XXVIII. mensis maij hora vesperrorum vel quasi, alias XVII. diei pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini domini nostri Bonifacii diuina prouidentia pape noni Anno XIV. in maiori ciuitate pragen. In stuba facultatis collegij karoli in mei notarii presentis infra scripti testiumque presentia subscriptorum ad hoc specialiter voca-*

Ii

torum

1615

C O D I C E S

1616

torum facta plena congregatione omnium magistrorum vniuersitatis studij pragen. de mandato honorabilis viri magistri Waltheri Rektoris dicitur Vniuersitatis per Hannsconem et Nicolaum album nuncios Juratos predicte Vniuersitatis vocatorum sub hac forma verborum. Hic recitatur Codicillus convocatorius, et ante quam ulteriori procedam, noto. Librarium supra in anno consignando omisso tertio; hunc enim et Indicio XI. et Bonifacii annus XIV. et ipsa petit Historia teste Bob. Balbino Bob. doctae P. I. p. 80. ubi tamen pro 28. Maji habetur 18. Item Rectorem Waltherum, cui per decursum cognomen est Harrazzer, ignotum Balbino fuisse. Narrat deinceps Notarius Michael, ut in calce, natus quondam Nicolai de prachaticz porrectos sibi duplices articulos in pergamento a Rectori publice praelegendos, quos etiam recitat hoc prae-famine: *Hec Wikleff in Anglia que fuerunt condemnata Londonijs Anno domini Millesimo Tricentesimo Octagesimo a tredecim Episcopis et Archiepiscopo Cantuarien. et a XXX^a Magistris in Theologya. Sequitur primus Articulus. Substantia materialis panis et vini manet in sacramento altaris &c. prout habentur in Cochlaei Hist. Hussit. L. I. et in Concilii Constant. Actis. Omisit tamen Librarius iterum unitates; Concilium enim illud Londini celebratum est a. 1382. Lectis Articulis Waltherus Rector rogavit sententias*

et secundum pluralitatem votorum conclusum fuit: quod nullus dogmatizet et predicet uel afferat publice uel occulte supradictos articulos — sub pena prestiti iuramenti. M. Job. Hussum huic Congregationi interfuisse, dubium vix est, jam a. 1393. creatum Baccalaureum. Concludit denique Notarius more consueto nominando etiam Testes, qui erant Georg. Mathie de knyenicz, Nicolaus de yglia, Nicolaus de Yglauia Olomuc. dyoc. et Paulus Nicolai de alta muta (Hohenmaut) luthomisslen. dioc. Scolares, et singulare hoc adcurationis suae subdit specimen: *Constat mihi Notario predicto de ratura in quarta linea a capite presentis instrumenti computando facta, que facta est non vito (invite) sed errore. Ignoscatis.* 2) Prosequitur Codex: *Non obstantibus premisis articulis tenorem infra scripte litere sex declarationis producunt Wikleffite et in Vniuersitate pragen. produxerunt pro excusatione ipsius Wikleff ac pro defensione erroris sui qui sunt de seda sua. Creditur autem et verisimiliter putatur quod talis litera sub tali tenore per Cancellarium studii Oxonien. ac de scitu et consensu Vniuersitatis nunquam sit data. sed quod dolose sit excogita et fabricata per illos qui sunt de seda sua. Sequitur igitur Testimonium illud impudenter confitum, ut ostendi Vol. I. P. 1. col. 875.* 3) *Sequitur responsalis ad ipsam (Literam) que enervat vi-gorem eiusdem litere per rationes et*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3149

1617

ASCETICI.

1618

et scripturas. Facile credam hu-jus etiam Refutationis Autorem esse Stephanum Cartbus. quae incipit: Uniuersis orthodoxe fidei filijs et filiabus pari ihesu christi fide coequalibus &c. et in qua dicitur Oxoniense illud Commentum se usque ad sumini pontificis Alexandri V. conspectum impudenter intulisse. Et nunc demum his ve-luti Documentis praemissis succedit fol. 191. supra dicta Medulla Tritici five Antiwiclefus Compa-toris tamen, aut Scribae culpa non parum turbatus; a fol. enim 246. ad fol. 259. saltum facere oportet. Quae porro intercepta sunt, hic edissero.

IV. fol. 247. Sermo de Visita-tione B. V. Mariae in illud Luc. I. 39. Exurgens Maria abiit &c. hoc initio: Non sunt loquela ne-que sermones, scilicet non littere uel etates quarum audiantur voces debite &c.

V. fol. 254. p. 2. Libri Wi-kleff qui fuerunt in Vniuersitate pragensi Archiepiscopo presentati XVI. Die Mensis Julij in Curia Archiepiscopali ut fertur sunt crea-mati. Insuper Processus Infra scri-ptus missus in Olmuncz ibidem Die XXVII. dicti Mensis publicatus exiit. Et sequitur. Initium: Swinko dei gratia pragen. Eccl-e-sie Archiepiscopus Apostolice Sedi legatus Alme vniuersitatis Studij Pragen. Cancellarius Executor et Commissarius ad infra scripta ad ea sede Apostolica specialiter de-putatus. Vniuersis &c. Noueritis quod cum dudum propter heresim errores et blasphemias &c. Man-

dasse se, ut omnia Wiclefi Scripta ad Cameram Thesaurarie cu-rie Archiepiscopalnis examinanda comportarentur, plures gestisse morem, sed Przybiconem de Huz-na, Hrothonem de Podwek, Mi-chabelem de Druowicz, Petrum de Walencia, Jobannem de Land-stein et ipsis adherentes per Pro-euratorem M. Marcum de grecz Regine Romam adpellavisse, Bul-la vero Alexandri V, quae hic, prout extat in Balbini Miscell. Dec. I. L. 6. p. 152. inseritur, ad se remissos fuisse. His igit-ur sub poena Excommunicationis praecipitur, ut infra sex dies a notificatione seu publicatione pre-sentium omnia Wiclefi Scripta, quorum texitur Catalogus, in locum supra adsignatum conferant. Acta sunt hec Prage in Curia no-stra Archiepiscopali pragen. Sita in maiori Ciuitate In presencia non-nullorum Abbatum Priorum Pre-latorum Doctorum Magistrorum Clericorum Scolarium et aliorum Christifidelium ad sanctam Synodum congregatorum immediate post Ser-monem ad Clerum in dicta sancta Synodo factum dum eidem Synodo personaliter presideremus feria se-cunda proxima in Crastino Sancti Viti que fuit dies XVI. Mensis Junij hora quasi tertiarum pontifi-catus Sanctissimi in christo patris et domini Domini Johannis diuina prouidentia pape XXIII. Anno primo. Presentibus ibidem Vene-rabilibus viris Jobanne Kbel Cano-nico ecclesie pragen. Nicolao Zeyf-maister Decretorum Doctore Vi-cario et officiali, Matthya Archi-dyacono

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 3149

1619

C O D I C E S A

1620

dyacono luthomicz. in dicta nostra ecclesia pragen. Secretario nostro, Johanne de Duba sancti Georgij in Castro, Nicolao de Znoyma Sancti Apollinaris pragen. Ecclesiarum Canonicis publicis notarijs ac alijs multis circa premissa testibus fide dignis. Anno domini M^o. Quadragesto Decimo Tercia Indictione. Atque haec omnia testimonio Notarii Petri nati quondam Matbie de Mokrsko Clerici Cra- couien. Dyoc. corroborantur. Subscriptum: Finitus est ille libellus M. CCC^{mo}. XVII. In vigilia Sancti Andree Apostoli. Primaria haec ad nascentem in Bohemia Wiclefismum Documenta defuisse videntur Editoribus Operum Johannis Husi, qui quidem in iis adhuc post tabulam latet.

VI. fol. ult. p. 2. adscripta est Stephani Cart. nostri Epistola ad

*Cum nibil utilius humane credo saluti
Quam morum nouisse modos et moribus uti
Quod minus exequitur morosi dogma kathonis
Supplebo pro posse meo monitu racionis &c.*

Morosi dogma Catonis Disticha Dionysii Catonis intellige; non enim Nostro Morosus μυστικος est, sed νομος. Atque hac adpellatione comparet ipsem in pluribus Sec. XV. Editionibus, dictus Facetus Morosus, ut in Quenteliana Colonienst s. a. 4. quae mihi adjacet, quacum collatus Codex jam uberior est, jam contractior, praesertim circa finem, cui subscriptum: Explicit Morale Anno Domini MCCCC^o III. in Die sancti Amandi confessoris hora uestimenti-

amicum *Wilhelnum Kortelongensem* Canon. Olomuc. qua Scriptum quoddam, quod *Wilhelmus* ab eo concinnari desideraverat, comitatur, eumque oculis laborantem solatur. Scripti materies non exprimitur; enarrantur vero Stephani Lucubrationes I. cit. a Pezio. Dimidium praesentis Epistolae alterum iterum fol. 247. quaerendum est. Sed neque ibi finitur.

DCLXXXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. U. 108 partim XIV. partim XV. Folior. 428. 4. per duas columnas exaratus et rubricis distinctus continet I. absque inscriptione Doctrinam de Moribus versu leonino conclusam hoc initio:

na. Autor hujus Carminis a pluribus Didascalis fortassis interpolati, qui Seculo XII. vixisse videtur, si fides ejus Commentatori in Edit. praedicta habeatur, fuit quidam regens parisieus, qui, ut dicitur, nominabatur Facetus. Sed parum movet ejusmodi autoritas. Carmen ipsum cum Catone et aliis Ethicis iterum Coloniae 1520. 4. prelo subjectum est.

II. fol. 12. pernitida, sed verborum contractionis nimium studiosa Sec. XIV. manu sequitur

Com-